Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35272
Copyright: Innsbruck, Prämonstratenser-Chorherrenstift Wilten



146

Ruth

Expande palium tuum super famu
lam tuam quia propinquus es et
ille benedicit eo mos adhuc filia
et prorem mihi posteriore su
pasti quia non es secuta iuuenes
pauperes sive diuites Voli ergo
metuere si quitquid dixeris faciam
tibi Scit enim omnis populus qui ha
bitat in porta urbis hec
mulierem te esse uirtutis Et ad
huc me propinquior si es alius me
propinquior es nec ste ac nocte et
facto mane si te voluerit propin
quitatis iure retinere res bene
acta est fiat ant ille noluerit
ego te absque ulla dubitatione
suscipiam iuro Dominum usque
mane dormiuit itaque ad pedes
eius usque ad noctem abscessum
Surrexit itaque ante quam homines
se cognoscerent mutuo Dixit bo
oz adeam Caue ne quis noscat
quod huc ueneris Et rursus ex
pande inquit palliolum tuum quo
operire et tene utraque manu Cum
extendente et tenente mensus
est sex modios hordei et posuit
super eam Que portans ingres
sa est ciuitatem et uenit ad so
crum suam Que dixit ei ecce ego
ti filia Narrauitque ei omnia quæ
fecisset homo et ait Hec sex
modios ordei dedit michi Et ait
Noli te uacuam reuerti ad so
crum tuam Dixitque noemi Expec
ta filia donec uideamus quem res
exitum habeat Non enim cessabit
homo nisi compleuerit quod locu
tus est Capitulum Tercium

Ascendit igitur boos ad portam
et sedit ibi Cumque uidisset
propinquum preterire de quo
prius sermo habitus est dixit
ad eum declina paululum et sede
hic uocauit eum nomine suo Qui dec
linauit et sedit Tollens autem boos de
cem uiros de senioribus ciuitatis
dixit ad eos Sedete hic quibus re
sidentibus locutus est ad propinquum
partem agri fratris mei elimeleth
uendit noemi que reuersa est de
regione moabitide Quod audire
te uolui et tibi dicere coram ciuibus
sedentibus et maioribus natu de
populo meo Si iure possidere iure p
pinquitatis eme et posside si autem
tibi displicet hoc tamen indicam
ut sciam quod facere debeas Nullus
est enim propinquior excepto te qui
prior es et me qui secundus sum
Et ille respondit Ego agrum emam
Cui dixit boos Quando emeris
agrum de manu mulieris ruth quoque
moabitide que uxor defuncti fuit
debes accipere ut suscites nomen p
propinqui tui in hereditate sua Et
respondit Ego iure propinquitatis
non em posteritatem similiter
mea delere debeo tu meo utere
priuilegio quo me licet utere
profiteor licet aut erit mos an
tiquitus in israel inter propinquos
Et si quando alter alteri suo iure
cedebat ut esset firma concessio
soluebat homo calciamentum suum
et dabat primo suo hoc erat tes
timonium concessionis in israel Dixit
ergo propinquo boos Solue calcia
mentum Quod statim ille soluit
de pede suo Et ille maioribus na
tu et omnibus populis testes inquit
nos estis hodie quod possedimus
omnia que fuerunt elimeleth et
chelion et mahalon tradente noe
mi et ruth moabitide uxorem